

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quarta etas mundi

Perusia *Perusia*



Perusia vetustissima ac nobilis Etruriae civitas olim primaria. sed nunc tertia inter Etruscas civitates nominata: quam Justinus ab Achaëis conditam fuisse dicit. et ante Romam conditam inicius sumpsit: quibus alij Trojanum quendam principem nomine perusium eius conditorem affirmant: et ex suo nomine perusium sive perusiam nominavit. Est autem haec sola inter omnes Italiae urbes felicitatem nacta penitus inaudita. Quae eandem pene statum et rem conditionem quam ante conditam urbem Romam: et postmodum Roma sub regibus consulibus et imperatoribus et tyrannis habuit nunc retinet. Passa est tamen varias sed tolerandas agitaciones. Quas Romani post mortem Alexandri Magni. L. posthumii consulis virtute in deditioem acceperunt. At Livius scribit libro decimo. Nec in Etruria parum erat. Nam et perusinis auctoribus post deductum a consule exercitum rebellatum fuerat: Fabius quatuor milia quingentos perusinos occidit. Et si vero per infausissimum triumviratus tempora. L. Antonium M. Antonij fratrem Octavianus Caesar in Perusia obsedit. famemque raro alias similem auditam Antonij exercitus in ea clausus. et perusinus populus sustinere. Et capta urbs dirutaque est. Nam tamen brevi instauratam factus Adonarcha membrum portisque nunc extantibus communiuit Idem Octavianus Augustus. Quam a suo co-

gnomine perusiam Augustus (sicut littere cubitalis portis incisae ostendunt) voluit appellari. Et diruptionis causam ponit Livius libro. c. xxv. Est itaque perusia omni ex parte montuosa. Cuius loci conditio ea est: ut nec quicquam munitius: nec certe amenius inveniri possit. Nam praeruptis undique rupibus aucta: ita inexpugnabilis est: ut nullis quasi egeat defensionibus. Et licet plurime apud perusinos olim extiterint intestinae seditiones: et tyranni aliquando eos oppresserint. nunc tamen libera est. Et optimis eruditissimisque viris et legibus instituta. In ea sunt templa praesumptiva ornatissima. religiosorum monasteria: excelsa civium palatia. Amplissima pauperum hospitalia gymnasium celeberrimum. forum cum insigni fonte amplum. Et portus et viridaria optime arboribus consita. Eius ager olei vini. croci: et suavisimorum omnifariam fructuum feracissimus. Baldus in ea claruit. qui cum Bartolo scisso ferratensi Jurium civis et pontificij obtinuit principatum. Similiter angelus et petrus germani. Sed et Lynus consultissimus ante eos perusinus extitit. Et nostra tempestate Adatheolus perusinus medicus famosissimus et Perusio originem duxit. Qui padue in gymnasio in primis docendo et dicendo floruit.

Att. stor. p. 219 et 221